

CAROLI SIGONII  
DE LEGE CVRIATA  
MAGISTRATVVM,  
ET IMPERATORVM,  
AC IVRE EORVM,

*Edita lib. 1. et 2. m. 7. Licentia*



CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, Ex Officina Iordani Ziletti. M. D. LXIX.

CAROLVS SIGONIVS

ILLVSTRI IUVENI IOANNI

RICCIO POLITIANO

EQVITI PORTVGALLIAE

S. P. D.



*x omnibus questionibus, qua his temporibus doctorum hominum ingenijs excitata in aliqua politiorum litterarum tractatione versantur, haud scio, an ulla alia aut genere ipso nobilior, aut usufructuosior sit, quam qua iamdiu inter me, & Nicolaum Gruchium agitatur. quippe qua sit, ut te optime nosse puto, de re non solum in antiquitatis, sed etiam in philosophia studio maxima. Nam uerbo quidem de antiquo usu legis curiatae contendimus, at reuera de iure senatus, populiq; R. de iure magistratum, atque imperatorum, de obscurissimis probatissimorum scriptorum locis disputamus. Neq; tritas iampridem in scholis quaestiones aliquot, cum*

\* 2 eorum,



CAROLI SIGONII  
DE LEGE CVRIATA  
MAGISTRATVVM,  
ET IMPERATORVM,  
ET IVRE EORVM,  
LIBER

Ad Nicolaum Gruchium.



V M legissem libros nuper à te de comitiis Romanorum in lucem editos Nic. Gruchi, cum aliis rebus multum, tum illustri quadam eximiæ, ac minime vulgaris ingenuitatis tuæ significatione plurimum sum affectus. qui cum multa præclare de antiquissima illa consuetudine præcepisses, ea tamen haudquaquam ita te amplexari diceres, ut pro oraculis habenda censes, immo uero maximam te habiturum esse doctis hominibus gratiam prædicares, qui non modo tua refutarent, sed ueriora etiam in vulgus ederent. Quibus ego uocibus, ut uere dicam, impulsus, cum forte eodem tempore de antiquo ciuium R. iure perscriberem, atq; à te in quæstione omnium, quæ in tuo tractantur libro, grauissima, ac difficillima dissentirem, eò facile me adduci sum passus, ut tua exposita sententia meam & ipse quasi aliud agens ascriberem; non ut tibi contradicerem, sed, quemadmodum tum testatus sum, ut litterarum studia nobilissi-

A ma